

## DISPUTATIO XIV.

DE VINDICTA, PAUPER-  
tate & Castitate.

## THESIS I.

**N**Vper de consiliis in genere disputatum  
est, nunc de vindicta, paupertate & ca-  
stitate, in specie dicemus.

2. *Vindicta* aut est publica aut privata. *Rom.*  
*12. & 13. Deut. 19. v. 19. 21. Levit. 19. v. 18.*

3. *Publica* est vindicta Dei, quam mediante  
magistratu exercet secundum normam le-  
gum, ad gloriam suam, *1. Pet. 2. v. 13. & seqq. Rō.*  
*13 v. 4.* Errarunt igitur Manichæi & Anaba-  
ptistæ magistratum damnantes.

4. Hanc verò vindictā exercet, vel in per-  
sonas singulas, vel adversus totam gentem.

5. Adversus totam gentem suscipiuntur  
bella: ad quæ requiruntur jurisdictio indi-  
centis: offensio patientis, & intentio finis  
convenientis.

6. Modus generalis talis. 1. Incipiendum ab  
oratione, 2. Absit superbia. 3. Tollantur no-  
toria flagitia. 4. Animus sit rectus. 5. Offe-  
rat primò pacem. 6. Absit sævitia non ne-  
cessaria. 7. Non militet propter prædam. 8.  
Non quibusvis imponatur hoc onus mili-  
tiæ. 9. Fortiter res geratur, etiam artibus  
bellicis & insidiis: non tamen per venena.  
10. Gratia agantur Deo: *Deut. 20.*

7. Quia